



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illis maleficis, qui sperant se mentes hominum peruertere posse. xxviii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



*De illis qui sortes sanctorum requirunt. Cap. XXVII.*

*Ex concil. Agathē. cap. 3.* **N**ec illud est prætereundum, quod maxime fidem religionis infestat, quod aliqui clerici vel laici student auguriis, & sub nomine fictæ religionis, quàm sortes sanctorum vocant, diuinationis scientiã profitentur, aut quorumcunque scripturarum inspectione futura promittunt. Quicumque clericus, vel laicus in eo detectus fuerit, ad consulere, vel docere, ab Ecclesia eiiciatur.

*De illis maleficis, qui sperant se mentes hominum peruertere posse. Cap. XXVIII.*

*Ex penitentiali Romano.* **M**alefici vel incantatores, vel immissores temporum, vel qui per inuocationem demonum mentes hominum perturbant, anathematizati abiiciantur: si emendare voluerint, clerici tres annos, laici vnum annum peniteant.

*De eadem re. Cap. XXIX.*

*Ex concil. Agathē. cap. 4.* **P**erquirendum si aliqua fœmina sit, quæ per quosdam maleficia & incantationes, mentes hominum se mutare posse dicat, id est, vt de odio in amorem, aut de amore in odium conuertat, aut bona hominum, aut detinet, aut subripiat. Et si aliqua est quæ se dicat cum demonum turba, in similitudinem mulierum transformata, noctis noctibus equitare super quasdam bestias, & in eorum consortio adnumeratam esse, hæc talis omnimodis seque correpta, ex parochia eiiciatur.

*De illis qui ad suas vanitates perficiendas demones inuocant. Cap. XXX.*

*Ex penitentiali Bedæ presbyteri.* **Q**uicumque pro curiositate futurorũ, vel inuocatione demonũ, vel diuinos quos ariolos appellat, vel inspicies qui auguria colligunt, cõsuluerint, clerici omni officio remoti, tres annos, laici duos annos peniteant.

*De illis qui nocturna sacrificia demonum celebrauerint. Cap. XXXI.*

*Ex penitentiali Romano.* **Q**uicumque nocturna sacrificia demonum celebrauerint, vel incantationibus demones quacunque sua vota inuitauerint, tres annos peniteant.

*De illis qui ad arbores, vel ad fontes aliqua vota uerunt. Cap. XXXII.*

*Ex concil. Agatensi, cap. 5.* **P**erscrutandum si aliquis vota ad arbores, vel ad fontes, vel ad lapides quosdam quasi ad altaria faciat, aut